

**L** Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Phi-lippénses.

**F** RAtres: Hoc enim sentí-te in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum  
in forma De-i esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquá-lem De-o:

sed seme-típsum exinanívit formam servi accípi-ens, in simi-litúdinem  
hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humi-li-ávit seme-típsum,  
factus obédi-ens usque ad mortem, mortem autem cru-cis. Propter quod  
et De-us exaltávit illum: et donávit illi nomen, quod est super omne  
nomen: (*hic genufléctitur*)ut in nómine Jesu omne genu flectátur cælesti-  
um, terréstri-um, et infernórum: et omnis lingua confi-te-átur, qui-a  
Dóminus Jesus Christus in glóri-a est De-i Patris.